Quelle:
Copyright:

Clemens V. antea Bertrandus Gotto, Gallus primus Sedem Roma Avenionem transtulit, obiitque aò 1314. De hoc accurate Baluzius in Papis Avenionensibus. De Joann: Andrea diximus in Cod: CXXVI. num: 1.

2

Nicol: Panormitani Commentaria in Clementinas.

Nicolai Panormitani Commentaria in Clementinas. Rubricà praemittitur haec: "Cum quibusdam allegationibus alys occurrentibus Nota /sic/ digne collecte per dominum Nycolaum siculum monacensem Abbatem dignissimum Nunc vero Archiepiscopum panormitanum". Prooemium incipit: "Appellatione juris venit civile canonicum et synodale seu municipale". Codex hic coeteroquin /: uti et praecedentes numeri :/ elegantissime scriptus in fine mutilus est.

57a-788

Nicolaus de Tudeschis, communiter Panormitanus, natione Siculus, Ord: S. Benedicti Monacensis Abbas, et Archiepiscopus Panormitanus, Aragoniae regis aò 1431 ad concilium Basileense legatus, injus causam contra Eugenium fortissime tutatus est, diem obiit aò 1445. Vide Warthon ad Cavum p: 86, et Fabric: Bibl: med: & inf: Latin: T. V. pag: 134. cum Mansii additamentis.